UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Lukianu Hapanta

### Zwinger, Jakob

### Basileæ, [1619]

Patriae encomium

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1415

Visual Library

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩ-
μιον.

PATRIAE ENCO-
mium.

Vincentio Obſopœo interprete.

*ARGVMENTVM.*

ARgumentum & genus orationis, ipſe titulus exponit. Eſt autem propoſitio & ſumma negocij, patriam omnium rerum eſſe dignisſimam & venerabiliſſimam, vt quam & homines & dij reliquis rebus omnibus anteponant. Argumenta pleraq; à ſignis & conſequentibus ſumuntur. Oſtendit enim, quæcunq; homines faciunt, ea ad patriæ vel ornamentum vel defenſionem comparare: & quantumuis humili & ſterili ſolo aliquis natus ſit, nihil ominus patriam ſuam ſplendidisſimis ciuitatib. ac regnis anteponere: quemadmodum parentũ quoq; & liberorum inter ſe affectus eiuſmodi eſt, vt qualeſcunq; ipſi ſint, tamen ſeſe omnib. alijs plus ament & colant. Proinde & legislatores cùm grauiſſimè punire homines vellent, patriæ priuationem, atq; exilium, tanquam acerbiſſimam pœnam, inſtituiſſe.

ΟΤι μὲν οὐδὲν γλυκίον τῆς πατρίδος φθάνει προτεθρυλημένον, ἆρ οὖν ἥδιον μὲν οὐδὲν, σεμνότερον δέ τι, καὶ θειότερον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν ἄνθρωποι, τούτων πατρὶς αἰτία καὶ διδάσκαλος,

*IAm olim vulgi ſermone detritum eſt, ª nihil eſſe patria dulcius: proinde neque iucũdius quicquam. Eſt verò hac aliquid venerabilius aut diuinius? Siquidē quæcũque diuina, quæcũq; veneratione digna homines eſſe exiſtimãt, horũ cauſa atq; magi-*

λος, γεννησαμένη καὶ ἀναθρεψαμένη καὶ παιδευσαμένη. πόλεων μὲν οὖν μεγέθει, καὶ λαμπρότητας καὶ πολυτελείας κατασκευῶν θαυμάζουσι πολλοί, πατρίδας δὲ στέργουσι πάντες. καὶ τούτων οὐδεὶς ἐξηπατήθη ὢν καὶ πάνυ κεκρατημένων ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν θέαν ἡδονῆς, ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῶν παρ' ἄλλοις θαυμάτων, λήθην ποιήσασθαι τῆς πατρίδος. ὅστις μὲν οὖν σεμνύνεται πολίτης ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ, τίνα χρὴ τιμὴν ἀπονέμειν τῇ πατρίδι. καὶ ὁ τοιοῦτος δῆλός ἐστιν ἀχθόμενος ἄν, εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. ἐμοὶ δὲ ἥδιον, αὐτὸ τιμᾶν τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα. πόλεις μὲν γὰρ παραβάλλειν πειρωμένῳ προσήκει, μέγεθος ἐξετάζειν καὶ κάλλος, καὶ τὴν τῶν ὠνίων ἀφθονίαν. ὅπου δ' αἱρεσίς ἐστι πόλεων, οὐδεὶς

ſtra eſt patria, quæ nos genuit, aluit [b] atq; inſtituit. Enimuerò vrbium magnitudinem atq; ſplendorem, ſumptuoſus præterea variorum inſtrumentorum apparatus admirantur multi, [c] patriam verò pio amoris affectu proſequuntur omnes: neq; quiſquam quamlibet potens, ita deceptus eſt alienarum rerum amœno & voluptuoſo ſpectaculo, vt propter immodicam apud alios rerum cùm viſendarum tum admirandarum excellentiam, obliuiſcatur patriæ. Itaq; quicunq; felicis & ſplendidæ ciuitatis ſe ciuem eſſe iactat, ignorare mihi videtur quam gloriam aut honorem patriæ tribuere oporteat. Neq; occultè fert talis, ſe dolore affectum iri, ſi mediocrē patriā ſortitus eſſet. Mihi verò iucundū eſt ipſum nomē patriæ reuerenter atq; religiosè colere. Etenim ei qui ciuitates inter ſe collaturus eſt, peropus eſſe video, ſingularum amplitudinem accuratè expendere, earundémque elegantiam obſeruare, neq; non commerciorum ac rerum venalium copiam conſiderare. Cæterùm vbi de vrbium electione agitur, nemo

οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν λαμπροτέραν, ἐάσας τὴν πατρίδα. ἀλλ' εὔξαιτο μὲν ἂν εἶναι καὶ τὴν πατρίδα ταῖς εὐδαίμοσι παραπλησίαν, ἕλοιτο δ' ἂν τὴν ὁποιανοῦν. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ δίκαιοι παίδων πράττουσι, καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. οὔτε γὰρ νέος καλὸς κἀγαθὸς ἄλλον ἂν προτιμήσαι τοῦ πατρὸς, οὔτε πατὴρ καταμελήσας τοῦ παιδὸς, ἕτερον ἂν στέρξαι νέον. ἀλλὰ τοσοῦτόν γε οἱ πατέρες νικώμενοι, προσνέμουσι τοῖς παισὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι καὶ μέγιστοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐτοῖς. ὅστις δὲ μὴ τοιοῦτός ἐστι δικαστὴς πρὸς τὸν υἱὸν, οὐ δοκεῖ μοι πατρὸς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. πατρίδος τοίνυν τὸ ὄνομα, πρῶτον καὶ οἰκειότατον πάντων. οὐδὲν γὰρ ὅ,τι τοῦ πατρὸς οἰκειότερον. εἰ δέ τις ἀπονέμει τῷ πατρὶ τὴν δικαίαν τιμὴν, ὥσπερ καὶ ὁ νόμος καὶ ἡ φύσις κελεύει, προσηκόντως ἂν τὴν πα-

*nemo vtiq; poſthabita patria ſplendidiorē electurꝰ eſt: verū in optatis habebit, patriā quoq; ſuā quāmaximè cōformem eſſe vrbibus copioſis & felicibus: ipſam tamē, qualiſcunq; tandem fuerit, delectu habito cæteris hauddubiè præpoſiturus eſt. Iſthuc verò ipſum liberi quoq; faciunt probi & legitimi, neq; nō patres, qui quidē fuerint nō mali. Neq; enim ſpectatæ honeſtatis et probitatis adoleſcēs, aliū patri ſuo honoribꝰ præferet: neq; pater neglecto filio alium paterno affectu iuuenem cōplexurus eſt. At qui his inferiores ſunt patres, tātum tamen filijs ex ſe genitis nō grauatim tribuunt, vt ſint & vita honeſtiſsimi, & dignitate ampliſsimi, appareantq; omnibus ſua opera quamoptimè educati atq; exornati. Porrò qui tali erga filium ſuū non vtitur iudicio, ille patris oculos habere mihi videtur minimè. Proinde nomē patriæ primū eſt, & omnium familiariſsimū. Etenim nihil eſt quod patre nobis ſit familiarius. Si quis verò [d] iuſtū habebit honorē patri, [c] quemadmodū & lex et natura imperat, ille pa-*

τρίδα προτιμῆσαι. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὸς, τῆς πατρίδος κτῆμα· καὶ ὁ τοῦ πατρὸς πατὴρ, καὶ οἱ ἐκ τούτων οἰκεῖοι πάντες ἀνωτέρω, καὶ μέχρι θεῶν πατρῴων πρόεισιν ἀναβιβαζόμενον τὸ ὄνομα. χαίρουσι καὶ θεοὶ πατρίσι, καὶ πάντα μὲν, ὡς εἰκὸς, ἐφορῶσι τὰ τῶν ἀνθρώπων, αὑτῶν ἡγούμενοι κτήματα πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν. ἐφ' ἧς δὲ ἕκαστος αὐτῶν ἐγένετο, προτιμᾷ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πόλεων. καὶ πόλεις σεμνότεραι, θεῶν πατρίδες. καὶ νῆσοι θειότεραι, παρ' αἷς ὑμνεῖται γένεσις θεῶν. ἱερὰ γοῦν κεχαρισμένα ταῦτα νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὰν εἰς τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἀφικόμενος ἱερουργῇ τόπους. εἰ δὲ θεοῖς τίμιον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώποις πολύ γε μᾶλλον; καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον πρῶ-

triæ quoque conuenienter præcipuum honorem habiturus eſt. Siquidem ipſe etiã pater peculiaris eſt patriæ poſſeſſio, ac patris pater, tum omnes qui ex illis numeroſa retrò ſerie generis domeſtici prognati ſunt. Et ad deos vſque paternos patrium nomen protenditur. Gaudẽt verò ipſi ſuo q; [f] Dij ſolo natalitio, ac vniuerſas res humanas, vt par eſt, intuentur, ſuam poſſeſſionem eſſe exiſtimantes totum terrarum orbem, atq; omnem Oceanum. In qua tamen quiſq; illorũ terra natus eſt, hanc omnibus cæteris vrbibus, quamuis florentioribus honore, anteponere non dubitat. Quinetiam ciuitates quæ Deorum feruntur eſſe patriæ, cæteris ſunt venerabiliores, & inſulæ præcipuo loci genio diuiniores, apud quas Deorum natiuitates & incunabula laudibus extolluntur. Itaque ſacra quoque illa ſuperis gratiora eſſe exiſtimantur, quæ quiſque ad domeſticos delatus loco offert atque ſacrificat. Iam ſi patriæ nomen tanto in precio apud Deos habetur, cur non iure optimo longè maiori in exiſtimatione foret apud homines? Siquidem quiſq; noſtrûm in patria pri-

mùm

τον ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος, ὡς καὶ τοῦτον τὸν θεόν, εἰ καὶ κοινός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ἑκάστῳ νομίζεσθαι πατρῷον, διὰ τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ τόπου θέαν. καὶ φωνῆς ἐνταῦθα ἤρξατο, ἐπιχώρια πρῶτα λαλεῖν μανθάνων, καὶ θεοὺς ἐγνώρισεν. εἰ δέ τις τοιαύτης ἔλαχε πατρίδος, ὡς ἑτέρας δεηθῆναι, πρὸς τὴν τῶν μειζόνων παιδείαν, ἀλλ' οὖν ἐχέτω καὶ τούτων τῶν παιδευμάτων τῇ πατρίδι τὴν χάριν. οὐ γὰρ ἂν ἐγνώρισεν, οὐδὲ πόλεως ὄνομα μὴ διὰ τῆς πατρίδος πόλιν εἶναι μαθών. πάντα δέ, οἶμαι, παιδεύματα καὶ μαθήματα συλλέγουσιν ἄνθρωποι, χρησιμωτέρους αὐτοὺς ἀπὸ τούτων ταῖς πατρίσι παρασκευάζοντες· κτῶνται δὲ καὶ χρήματα φιλοτιμίας ἕνεκεν, τῆς εἰς τὰ κοινὰ τῆς πατρίδος δαπανήματα. καὶ εἰκότως, οἶμαι. δεῖ γὰρ οὐκ ἀχαρίστους

mùm iucundum illud Solis lumen intuitus eſt, non ſecus atq; Deum, qui tametſi omnibus gentibus communis eſt, vnicuique tamen patrius eſſe exiſtimatur, propterea quòd ſub vitæ initium ab illo loco primùm auream illam Solis lampadem conſpexerit. Accedit his, quòd & vocem quiſque ſuam in patria auſpicatus eſt, primùm ſuæ gentis vernacula lingua amabili balbutie ſonare perdicens, Deóſque cognouit. Porrò ſi quis talem ſortitus eſt patriam, quæ ad res maiores perdiſcendas alterius egeat adminiculo, aliam tamen diſciplinarum gratiam acceptam feret patriæ. Neque enim vrbis nomen cognouiſſet vnquam, niſi patriæ beneficio & opera vrbes eſſe cognouiſſet. In ea verò opinione ſum, vt putem ab hominibus tantùm in hoc ſibi parari omniũ artium ac diſciplinarum cognitionem, ne patriæ indecores, ſed ſeipſos huic vtiliores informent. Inſuper opes etiam poſſidentur liberalitatis exercendæ gratia, vt communibus impenſis patriæ inopiam ſubleuemus. Cõſentaneum enim

eſſe

εἶναι τοὺς τῶν μεγίστων τυχόντας εὐεργεσιῶν· ἀλλ' εἰ καὶ τοῖς καθ' ἕνα τις ἀπονέμοι χάριν, ὥσπερ οὖν δίκαιον, ἐπειδὰν εὖ πάθῃ πρός τινος, πολὺ μᾶλλον προσήκει τὴν πατρίδα τοῖς κατήκουσιν ἀμείβεσθαι. κακώσεως μὲν γὰρ γονέων εἰσὶ νόμοι παρὰ ταῖς πόλεσι· κοινὴν δὲ προσήκει πάντων μητέρα τὴν πατρίδα νομίζειν, καὶ χαριστήρια τροφῶν ἀποδιδόναι, καὶ τῆς τῶν νόμων αὐτῶν γνώσεως· ὤφθη δὲ οὐδεὶς οὕτως ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὃς ἐν ἄλλῃ πόλει γενόμενος ἀμελεῖν, ἀλλ' οἵ τε κακοπραγοῦντες ἐν ταῖς ἀποδημίαις, συνεχῶς ἀνακαλοῦσιν, ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ πατρίς. οἵ τε εὐδαιμονοῦντες, ἂν καὶ τὰ ἄλλα εὖ πράττωσι, τοῦτο γοῦν αὐτοῖς μέγιστον ἐνδεῖν νομίζουσι, τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ

*eſſe opinor, ne cum maximis beneficijs affecti ſumus, ſ parùm grati eſſe reperiamur. Sed ſi eſt qui vni officioſè refert gratias, quemadmodum æquum eſt, poſteaquam beneficia non mediocria ab illo acceperit: multò magis conuenit quamcumulatiſsimè paria referre patriæ. Etenim ſuper parentum ærumnoſa afflictione in ciuitatibus leges ſunt conditæ. Aequum verò eſt, [h] communem omnium matrem patriam eſſe exiſtimare, huicq́ [i] pro nutricandi officijs ipſarum legum decreto iubente quamampliſsimas gratias reponere. Cæterùm vſqueadeò patriæ negligens & immemor conſpectus eſt nemo, vt in alia Republica ætatem degens, omnem curam colendæ patriæ depoſuiſſet. At etiam qui peregrè multis iactati difficultatibus calamitosè agunt, crebrò teſtantur rerum optimarum omnium præſtantiſſimum eſſe patriam: tum etiam egregiè felices, quanquam in cæteris omnibus per omnia bene & beatè vitam exigant, tamen in hoc egentiſsimos ſe eſſe opinantur, quod patriæ fines non incolant,*

*ſed*

ἀπαξενιτεύειν· ὄνειδος γὰρ τὸ τῆς ξενιτείας. καὶ τοὺς κατὰ τὸν τῆς ἀποδημίας χρόνον λαμπροὺς γενομένους, ἢ διὰ χρημάτων κτῆσιν, ἢ διὰ τιμῆς δόξαν, ἢ διὰ παιδείας μαρτυρείαν, ἢ δι' ἀνδρίας ἔπαινον, ἔστιν ἰδεῖν ἐς τὴν πατρίδα πάντας ἐπειγομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις βελτίοσιν ἐπιδειξομένους τὰ αὑτῶν καλά. καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον ἕκαστος σπεύδει λαβέσθαι τῆς πατρίδος, ὅσῳ περ ἂν φαίνηται μειζόνων παρ' ἄλλοις ἠξιωμένος. ποθεινὴ μὲν οὖν καὶ νέοις πατρίς, τοῖς δὲ ἤδη γεγηρακόσιν ὅσῳ πλέον τοῦ φρονεῖν, ἢ τοῖς νέοις μέτεστι, τοσούτῳ καὶ πλείων ἐγγίνεται πόθος ὁ τῆς πατρίδος. ἕκαστος γοῦν τῶν γεγηρακότων καὶ σπεύδει, καὶ εὔχεται καταλῦσαι τὸν βίον ἐπὶ τῆς πατρίδος, ἵν' ὅθεν ἤρξατο βιοῦν, ἐνταῦθα πάλιν καὶ τὸ σῶ-

ſed extorres & peregrè agant. quippe peregrinationis probrum non mediocriter eos diſcruciat. Videmus quoq; eos qui per tēpus quod peregrè agendo inſumpſerūt, nonnihil ſplendoris & gloriæ ſibi adiunxerunt, aut paratis diuitiarum poſſeſſionibus, aut dignitate & honoribus, aut celebri diſciplinarum atque ingenij teſtimonio, aut laude virtutis, omnes certatim ad patriam terram properare, quaſi nequaquā apud alios meliores ſua ipſorum bona eſſent cū aliqua laude oſtenſuri. Ac tantò quiſque maiore ſtudio patriam comprehēdere approperat, quantò rebus maioribus dignus apud exteros habitus eſt. Proinde iuuenibus quoque deſiderabilis & amabilis iuxtà eſt patria. Porrò autem homines iam ætate ac ſenio confecti, quantò maiori quàm iuuenes prudentia exculti ſunt, tantò vehementiori patriæ dulcedine ac deſiderio trahuntur. Quare vnuſquiſque è ſenum numero & feſtinat, & in votis habet maximè, in ſolo natalitio vitam cum morte commutatam relinquere, vt quò loci vitam auſpicatus eſt, eodem iterum & corpus

μὴ παρακαταθῆται τῇ θρεψαμένῃ γῇ, καὶ τῶν πατρῴων κοινωνήσῃ τάφων. δεινὸν γὰρ ἑκάστῳ δοκεῖ ξενίας ἁλίσκεσθαι, καὶ μετὰ θάνατον ἐν ἀλλοτρίᾳ κειμένῳ γῇ. ὅσον δὲ τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τὰς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις, μάθοι τις ἐκ τῶν αὐτοχθόνων. οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες, καθάπερ νόθοι, ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μεταναστάσεις, τὸ μὲν τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰδότες, μήτε στέργοντες, ἡγούμενοι δ' ἁπανταχῇ τῶν ἐπιτηδείων εὐπορήσειν, μέτρον εὐδαιμονίας, τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς τιθέμενοι. οἷς δὲ καὶ μήτηρ ἡ πατρίς, ἀγαπῶσι τὴν γῆν, ἐφ' ἧς ἐγένοντο, καὶ ἐτράφησαν, κἂν ὀλίγην ἔχωσι, κἂν τραχεῖαν καὶ λεπτόγεων, κἂν ἀπορῶσι τῆς γῆς ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν, τῇ γε ὑπὲρ τῆς πατρί-

pus terræ altrici humandum reponat; ac patriæ ſepulturæ participem ſe fore cognoſcat. Etenim graue & acerbum vnicuique eſſe videtur, peregrè agentem ſe deprehendi, ac demum poſt mortem in aliena terra reconditum cineſcere. Cæterùm quanta erga patriam ſit verè germanis ac genuinis ciuibus charitas, non certiùs aut faciliùs quàm ex indigenis perdiſcitur. Siquidem peregrini & aduenæ, non ſecus atque nothi aut ſpurij, paruo in diſcrimine ponunt exilia, quippe quibus patriæ nomen prorſus ignotum eſt: neque vllo animi beneuoli argumento proſequuntur, exiſtimantes nuſquam non rerum neceſſariarum copiam ſibi haud difficulter ſuppeditari, modum felicitatis in ventris ac gulæ fœdis & beluinis voluptatibus ſitum habentes. Veruntamen quibus mater eſt patria, terram illam ſingulari amore proſequuntur, in qua in lucem editi, in qua nutriti ſunt. Quanquam modicam habeant, quanquam aſperam & ſterilem, quanquam vnde terræ virtutem collaudent non habuerint: attamen quo pa-

δος οὐκ ἀρκοῦσιν ἐγκω-
μίων, ἀλλὰ κἂν ἴδωσιν ἑτέ-
ρους σεμνυνομένους πεδίοις ἀ-
ναπεπταμένοις, καὶ λειμῶσι φυτοῖς
παντοδαποῖς διειλημμένοις, καὶ
αὐτοὶ τῶν τῆς πατρίδος ἐγκωμίων
οὐκ ἐπιλανθάνονται. τὴν δὲ ἱπ-
ποτρόφον ὑπερορῶντες καὶ κου-
ροτρόφον ἐπαινοῦσι. καὶ σπεύδει
τὶς ἐς τὴν πατρίδα, κἂν νη-
σιώτης ᾖ, κἂν παρ᾽ ἄλλοις εὐ-
δαιμονεῖν δύνηται. καὶ διδο-
μένην ἀθανασίαν οὐ προσήσε-
ται, προτιμῶν τὸν ἐπὶ τῆς πα-
τρίδος τάφον. καὶ ὁ τῆς πατρί-
δος αὐτῷ καπνὸς λαμπρό-
τερος ὀφθήσεται τοῦ παρ᾽
ἄλλοις πυρός. οὕτω δὲ ἄρα
τίμιον εἶναι δοκεῖ περὶ πᾶσιν
ἡ πατρὶς, ὥστε καὶ τοὺς πανταχοῦ νομοθέτας ἴδοι τὶς ἄν,
ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμα-
σιν, ὡς χαλεπωτάτην ἐπιβε-
βληκότας τὴν φυγὴν, τι-
μωρίαν καὶ οὐχ οἱ νομοθέται
μὲν οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πιστευό-
μενοι τὰς στρατηγίας ἑτέρως,

tria encomio potiſsimùm ce-
lebranda ſit, nequaquam a-
nimo perplexi hæſitabunt.
Verùm [k] tametſi non igno-
rauerint alios ſuam iactaſſe
patriam ſuperbiùs ob agrorũ
fœcunditatẽ, ac pratorũ vi-
ridantium plantas omniju-
gas neq; ipſi tamen patrij ſolĩ
laudis obliuiſcuntur, quam
equis alendis aptam ſuſpi-
cientes, numeroſa quoq; ac
robuſta pube fœcundã col-
laudant. Ad hæc [l] maturat
etiam reditum in patriam a-
liquis, qui inſularis fuerit,
tametſi apud alios bellè & 
feliciter viuere poſsit: obla-
tamq; immortalitatem re-
ſpuet, patriæ ſepulchrũ per-
petuitati præferens. Et vel
[m] patriæ fumus alieno igne
ipſi luculentior eſſe videbi-
tur. Vſqueadeò verò in vni-
uerſum res omnes quamlibet
precioſas excellit patria, vt
legum quoq; conditores paſ-
ſim quiſq; videat maximis puniendis ſceleribus [n] exilium pœ-
nam conſtituiſſe, tanquam grauiſsimum & acerbiſsimum
ſupplicium. Neq; verò ſolùm legislatorum conſuetudo ſic ſe
habet: eorũ verò qui cum imperio exercitibus præſunt, aliter

neq;

ἀλλ' ἐν ταῖς μάχαις τὸ μέγιστον δὴ τῶν παραγγελμάτων τοῖς παρατατομένοις, ὡς ὑπὲρ πατρίδος αὐτοῖς ὁ πόλεμος. καὶ οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀκούσας τοῦτο, κακὸς εἶναι θέλῃ, ποιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν, ἀνδρεῖον, τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα.

*neq; enim maiore ac vehementiore exhortatione in pugnis militum perturbati accenduntur & inflammantur animi, quàm ſi ° pro tuenda patria ſe præliari cognouerint: nec ferè vllus eſt, qui his auditis ignauus eſſe ſuſtineat. Etenim ſtrenuum & audacem ex meticuloſo quoq; facit nomen patriæ.*

## GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a NIHIL eſſe patria dulcius.] *Propoſitio, & ratio ab effectu, a ſigno & collatione, à ſimili & coniugatis. De dulcedine patriæ extat epigramma* πυλλαδᾶ *ex Homero formatum, apud quem Odyſſ. nono ſic Vlyſſes in conuiuio Phæacum loquitur:*

> Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων.
> Γίνεται. *id eſt,*
> Vt nihil eſt patriæ, propriíſve parentibus vlli
> Dulcius —.

*Lucianus quoque hoc encomium ab hoc ipſo Homeri loco exorditur: quo ſententiam ſuam declarando, paucis quidem illis, ſed admodum argutis verbis indicauit, quàm cuíque præclara habenda ſit ſua patria, quàm amanter colenda, quàm officioſè proſequenda. Illa enim neſcio qua dulcedine cunctos ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. Nec ferè vlla terra eſt, aliorum opinione, quamlibet barbara & inculta, quamlibet inamœna & horrida, quæ ſuo alumno non videatur omnium eſſe cultiſſima & amœniſſima. Hoc verum eſſe, vel vnus pro teſte productus multorum inſtar habendus eſt Ithacus, cuius cùm ſapientia minimè eſſet dubia, illíque conceſſum foret alibi*

felicem

*felicem vitam agere, immortalitate fruituro ac eſſet oriundus ex inſula aſpera, nec ita multùm iucunda: præ omnibus tamen voluptatibus, quas formoſiſsimæ deæ conuerſando capere potuiſſet, ſubſilientem fumum optat de patrijs poſſe videre focis, inamœnos & horridos Ithacæ ſcopulos immortalitati præferens, quâ negat ſe quicquam vſpiam gentium vidiſſe dulcius. Iam neminem vſqueadeò ferum naturâ exiſtimo, quem natalis ſoli recordatio non aliqua dulcedine caperet atq; demulceret, quique Vlyſsis opinioni refragaretur, cùm illud naturæ neſcio quo ductu aut vitio omnibus inſitum eſſe videamus, vt cuique ſua plus æquo arrideant: adeò vt cui ſua ſorderet patria, adhuc nemo inuentus ſit.* b Atque inſtituit.] *À patria educationis auſpicia ſuſcipiuntur.* c Patriam pio amoris affectu proſequũtur omnes.] *Cic. 1. Offic. Remp. ſiue patriam in beneficentia, per contentionẽ, reliquis omnibus coniunctionibus anteponit. Cauſæ in promptu ſunt, quòd ea reliquorum omnium officia quodammodo continet.* d Iuſtum habebit honorem patri.] *Honorat patrem qui amat, obſeruat, & obſequitur. Prima pietas in Deum, proxima in parentes & in patriam, pro cuius defenſione pugnandum eſt.* e Quemadmodum & lex & natura imperat.] *De hoc Exod. 20. Deut. 5. Eccleſ. 3. Matth. 5. Epheſ. 6.* f Dij ſolo natalitio.] *Ab exemplo & autoritate Deorum.* g Parum grati.] *Patriæ ingrati impijſsimi habentur, in Eraſmica declamatione Lucianicæ reſpondente, in collatione cauſæ & effectus.* h Communẽ omnium matrẽ.] *À merito aliud ex cauſis. Patria à Sophocle in Antigona, eleganter naui comparatur, quâ incolumi, ſalui ſunt nauigantes, eademq; fracta, periclitantur omnes. Cic. Offic. 1.* i Pro nutricãdi officijs.] *De officio patriæ gratis præſtando idẽ Eraſmus in eadem reſponſione: Quid autem eſt, inquit, quod non vel gratus patriæ debeat ciuis? cui ſi vel animam impenderis, quid mirandum, ſi quod acceperas, id reſtituis.* k Tametſi nõ ignorauerunt.] *À ſigno & locorũ collatione.* l Maturat reditum.] *Vlyſſem intelligit, qui cùm apud Calypſonem poſſet in omnibus delicijs viuere, tam illam aſperã & lapidoſam patriam ſuam antepoſuit etiam immortalitati, non ita facturus, ſi illam ſententiam, quam in vetere tragœdia Telamonis filius Teucer dixiſſe*

 traditur:

*traditur: Patriam eſſe cuique, vbicunque cuique eſſet benè, ap-probaſſet, quæ ſententia à Lyſia in oratione aduerſus Philonem reprehenſa eſt.* m Patriæ fumus.] *Apud Homerum Odyſſ. α. terræ natalis fumum Vlyſſes optat videre ſurgentem. Vnde & ductum eſt hoc prouerbium, ad quod eleganter quoque alluſit Ouidius his verbis:*

Haud dubia eſt Ithaci prudentia: ſed tamen optat:
Fumum de patrijs poſſe videre focis.

*Quem autem vnquam vidimus in tam barbara regione natum, cui ſua patria vel non optima videatur? Illa enim complectitur quæ ſolent haberi chariſſima: parentes, affines, amicos, penates, ſolum ipſum natale, cui auſpicia viuendi debemus.* n Exilium pœnam conſtituiſſe.] *Cic. in Parad. Neſcis exilium, ſcelerum eſſe pœnam, lib. 5. Tuſc. Exilium credo quod in maximis malis ducitur. Virg.* 10. *Aen. Infelix exilium dicit.* o Pro tuenda patria.] *Quàm dulce & decorum eſt pro patria mori, exprimit Horat. lib. 3. Car. od. 2.* Dulce & decorũ eſt ꝓ patria mori. *Cic. 1. Offic. Pro patria quis bonus dubitet mortem oppetere? Hinc Lucianus noſter ſcribit, hãc in prælijs cohortationem plurimùm valere, ſi quis dicat, bellum eſſe pro patria ſuſceptum, neminemq́ue eſſe, qui hac voce audita, mortem extimeſcat, aut periculum metuat.*

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ἐγκώμιον. — *DEMOSTHENIS encomium.*

### Philippo Melanchthone interprete.

### *ARGVMENTVM.*

ET hic titulus argumenti ſummã indicat. Eſt enim encomium Demoſthenis oratoris, ſed nouo quodam colore tractatũ. Non enim ſimplici via, aut vulgatis laudandi rationibus, quæ à rhetoribus præſcribuntur, vtitur: ſed illis quodammodo poſtpoſitis & reiectis, à confeſſione hoſtis potiſſimũ encomij partem abſoluit, hoc videlicet ordine. Principiò narrat, quo pacto cum deambulatũ ijſſet, in Therſagorã Poëtam inciderit, encomium Homeri meditantẽ. Ibi igitur cum de Homero alter, alter

autem